

contractibus strictè observanda est, ubi rerum commuta-
tionibus fiunt. Est autè proportio arithmetica, quæ spectat
in terminis æqualitatem non rationum sed distantiarum,
hoc est, tale ponit mediū, à quo termini equaliter distant,
ita ut unus terminus tot numeris distet à medio, quot
numeris & alter; ut, quot numeris distat binarius ab uni-
tate, tot ternarius à binario, & quaternarius à ternario
&c. Tenet igitur justitia commutativa æqualitatem ipsa-
rum rerum commutandarum, neglectâ ratione persona-
rum, ut inter ζημίαν η̄ κέρδος, id est, inter damnum & lu-
crum, seu inter plus & minus sit medium quoddam pro-
portione arithmeticâ constans. Exempli gratiâ. Vult ali-
 quis emere agrum. Considerentur hîc termini quatuor,
 1. venditor, 2. emptor, 3. ager, 4. pecunia. Quia contractus
 est, valet proportio arithmetica, ideoque missis personis
 simpliciter respicio ad res, videl. ad agrum & pecuniam,
 & precium solvi jubeo tantum, quantum ipse ager con-
 tinet: hoc est, inter pecuniam & agrum tale pono me-
 dium, quod æqualiter interjacet. Si pecunia est centum
 florenorum, totidem ager æstimari debet, & sic pecunia
 tot numeris distat ab agro, quot numeris ager à pecu-
 niâ. Hinc liquet, quàm necessaria sit hæc justitia in vi-
 tâ humanâ. Etenim non omnis fert omnia tellus, ideo-
 que semper est *χρεία*, id est indigentia, quæ ut supplea-
 tur, commerciis opus est. Quanto autem magis homi-
nes re aliquâ indigent, eò preciosior res illa habetur, ita
tamen ut justâ proportione res inter se æquentur. Ne-
 mo enim debet locupletari cum alterius damno, ut ait
 Jurisconsultus. Vide Timpl. in ethicâ gener. lib. 3. cap.
 10. quæst. 19. & Keckerman. in Cursu pag. 140. Atque hæc
 de justitiâ distributivâ & commutativâ, quarum differen-
 tiam breviter propono in hoc exemplo: Major debetur
 honor principi quàm rustico, sed quatuor nummis æ-
 qualem emunt panem &c. Illic distributiva, hîc com-
 mutativa est justitia. Pro coronide notetur quæstio:
 An jus rectè dividatur in strictum, quod Græci vocant
ἀνεπιδοικασον, & æquum quod vocant *ἐπιεικές*. Re-
 spondeo,

Quæstio.

Spondeo,